

## M Y

Myrrha, idem quod Myrthis, apud Diosc. lib. 4. cap. 117.

Myrrha. Si Manardo & Neotericis aliquot doctis uiris credimus, hodie integrum, synceramq; non habemus. De ea re consule Herbarij nostri tomum. 2.

Myrtos, Thlaspi. Lege, Thlaspi.

## M Y S

μύση, Mus.

μύση, ostij muliebrium locorum præclu-  
sio, felici tralatiōe ab oculis facto nomine.  
μυεῖν enim conniuere est Græcis, & cum  
obdormiscimus concidentes oculos clau-  
dere. Vide Galenum. 3. de Valetudine.

Mysclion, mucus ossa complectens.

μύσακα, barbam uocant menti. Quanquā  
Polluci magis placet, eam quæ est sub na-  
ribus, quæ ipsa quoq; uocatur ὑπορρήνιον,  
ἢ προπογώνιον. Dici autem μύσακα pu-  
tant, quia illac destillat nasus, quē μυκτῆ-  
ρα uocant.

Mysteledra, murium recrementum,  
Mysterium, Antidotus ex quatuor rebus  
congesta, ob singularem efficaciam sic di-  
cta. Eius compositionem & iuuamentare  
quire apud Aecium serm. s. cap. 47.

Mystocetus. Lege, Musca.

## M Y T

Myttotos, pūlmentarium ruris, rusticis Ita-  
liae familiare. De quo lege Aphroscor-  
don. Myttotos, ab odoris fastidio est di-  
ctus. In hunc & caseum quoq; addebant.  
Alij genus placenta faciunt ex oleribus,  
ut Phocion ait.

## M Y V

μύρον. Lege, Rhapsodiam Maiorone.  
Myuros, herba, folia Alimo similia habet:  
uerum per terram strata est, ac uelut co-  
rymbos in summo longos habet. Aecius  
sermone. 10. cap. 25.

## M Y X

Myxa. Lege, Cochlea.

μύξη, uel mixtura in medicina, est e formis  
ipsis elementorum cōtingens: quo differt  
ab cōplexione, quæ consistit potius e qua-  
litatibus formarum. Sic Augustinus Ny-  
phus distinxit libro de Crīsibus.

**N** Anos dici putat Theophr. quib.  
uirile membrum est prægrande.

**N** A P  
νάφθαι uocant Babylonij bituminis col-

## N O

men, colore candidum. Inuenitur etiam ni-  
grū. Vis ei ignium rapax, ita ut ex spacio  
protinus in eam transiliant. Eratosthenes  
generi bituminis liquidi adscribit. Descri-  
bitur a Dioscor. lib. 1. Plin. lib. 2. cap. 105.  
& lib. 35. cap. 15. lib. 2. ca. 104. A Plutarcho  
in Alexandrinī uita.

Napinæ, rapinæ, id est, sationes naporum,  
raporumq;. M. Cato, Rapinam, & colos  
rapicij, unde fient & raphani, in loco ster-  
corato bene, aut in loco crasse serito. An-  
notandum, dici Rapicum a Catone, pro-  
ut uulgo uernacula dictione usurpatur.  
Rapina in hoc significatu media correpta  
pronunciatur. Columella, lib. 11. cap. 2.

Napta quid sit, lege in dictione, Nata.

Napum, græce Βουνίας. Officinae, inquit  
Barbarus, ignorant hodie Buniada, & syl-  
uestris rapi semine Buniadis uice utuntur.  
Quanq; facile cognosci poterat. Est enim  
sylvestri rapo semen & nigrius, & maius,  
quam Buniadis. De Napis plura Theo-  
phrastus, Plinius, & Columella.

Napium, de quo Lapsana. Lege, Lapsana.  
Romanum uocabulum.

Napunculus. Lege, Pes locustæ.

νάπη. Lege, Sinapi.

## N A R

νάργη, id est, Iris.

νάργη, latine Torpedo, piscis marinus, cuius  
est illa peculiaris potentia, ut si uirga tan-  
gatur etiam de longinquo, lacertos quam-  
quam præualidos pescatoris torpescere fa-  
cit: & pedes, quamlibet ad cursum uelo-  
ces, alligare dicitur & retinere, aura qua-  
dam scilicet sui corporis, et odore hunc tor-  
porem afferente. Vide Dioscoridem libro  
secundo. Plin. lib. 32. cap. 1. 3. lib. 9. cap. 51.

Narcaphthon, siue ut alia habent exempla-  
ria, Nascaphton, ex India defertur, tortu-  
osum, simile Sycomori libro, quod iucun-  
di odoris gratia suffit. Autor Diosc. li. 1.  
Plinius prætermisit: fortasse quia certum  
nihil de illo habebat. Paulus Aegineta &  
Lacaphiton nominat.

Narcissos Anydros, Narcissus uulgatus, a-  
pud Dioscor. lib. 4. cap. 164.

Narthecion, Albucus, uel Asphodelus.

Narcissus. Consule Dioscor. dictione Nar-  
cissus, & inibi Commentarios Barbari &  
Vergili. Nec me fugit, quid alijs circa huc  
florem rixentur æque imbecillibus firma-

## N A

mentis. Quanquā de Lilio purpureo non tantopere repugno. Verū de hoc in Nardissō multo plura in Herbario. Dioscor. libro. 4. cap. 164.

Nardi duo genera. Vnum Indicū, Alterū Syriacum. Pingunt hanc herbam: Diosc. lib. 1. Plin. lib. 12. cap. 12. Theophr. libro. 9. cap. 7. Persuaserunt me officinæ quædam, esse eam, quā nos Spicam nardi uocamus. Eius genera multa concinnauit Barbarus in Corollario suo, quod incipit: Nardum. Plinius sic inquit: Nardus frutex est graui & crassa radice, sed breui, ac nigra, fragilis, quamuis pingui, situm redolente, ut Cyperi, aspero sapore, folio paruo, densoque. Cacumina in aristas se spargūt: ideo gemina dote nardi spicas, ac folia celebrat. Hæc Plinius libro. 12. cap. 12.

Nardi spica nos carere, late admodum prosecuti sumus in Herbarij nostri tomo secundo, folio. 39.

Nardus Celtica, uel Gallica, officinis Spica Celtica. Laudatur in orbe nostro post Syriacam, & nascitur in Ligurię partibus. Saliunca patrio nomine appellatur. Seruius Orci tunicam appellauit. Plura de ea Di scorides lib. 1. & inibi Barb. in Corollario. Plin. libr. 21. capite. 7. & lib. 20. Marcellus Vergilius Lauendulam quoq; nostratem Celticam nardum suspicatur. Verū quam apposite, alij uiderint: nobis libuit παρεγέργειος admonere, & locum indicare, qui est in Cōmentarijs eius super Celtica nardo.

Nardus sylvestris. Vide Asarum, & Phu.

Nardus rustica, id est, Asarum. Ibidem.

Nardus montana, græce νῆσις.

Nardus cretica, id est, Phu.

νάρδος ἄγρια, Nardus agrestis.

Nardus pistica, siue unguentum, de quo litteræ sacræ mentionem faciunt, probum & fidele, & quod adulteratum non sit, Nardum significat Hieronymo. Quidam ei lo co nomen id fuisse putant.

Nardus Babylonica, apud Pollucem pro unguento.

Nardus Cyzicena, & ipsa Nardi composi tio quædam preciosa.

Nardi multa genera: Celtica, Indica, et Mō tana. Vide Dioscoridem libro primo de Nardo.

Nardus, quibus unguentis indatur. Vide apud Theophrastum libro. 9. cap. 7.

## N E

Nardeus, apostema oculi, forte, humidum. Nardi spica carere nos quis dubitet, qui Spicam quidem uocari apud Galenum legit: esse tamen radicem. Sed & in ea Theriaces præparatione, quam cæteris uelut concisam magis & manifestiorem preferre Galenus, sic ad uerbum carmine quodam scribitur. Termentinæq; rheinam, Nardisq; radicem. Indicæ ad nos uehitur spica, atq; utinam Nardi esset: suauitate enim odoris penitus caret, & saporis est ualde ingrati. Manardus.

Nares, neruis & chartilagine constant: quibus odores suscipiendi, discernendiq; functionem natura præsttit.

Narium Hemorrhagia, id est, profluuum sanguinis.

Narta, apud Theophrastum lib. 9. cap. 7.

## N A S

νάρκηφθος. Lege, Narcaphthon.

Nasiterna, uas aquatile est.

Nasum uocamus cōpressum, qui gracilens in summis existit. 1. Prædictionum, Aphor. 10.

Nastapthon. Quid de eo simplici Manardo uideatur, uide apud illum lib. 9. Epistolam, Epist. 3.

Nastiosi, qui plus uident uespere q; meridi, nec cognoscunt, nisi quod usq; ad oculos admouerint.

Nastipanes, quos item Sanctos appellabant, ex melle & uuis passis, & aromatis alijs confecti. Sunt tamen qui eo nomine intelligunt calentē panem. Meminit Aristophanes in Pluto. Dictum sic uolunt, quia densior sit, constipatorq; nihil prorsum leuitatis habēs, aut inanitatis. ἀπὸ τῶν ναστίδων ἀγρίμων.

Nastocopi, nasti panis coctores, atque pistores.

Nastophagi dicuntur, qui nastro pane uescuntur.

Nastos, panis fermentatus, & placentæ genus.

Nasturtium eo dictum putant, quod nasum torqueat.

Nasturtium quid differat ab Hiberide, lege apud Manardum libro nono Epistolarū, Epistola tertia.

Nasturtium quid sit, Lege in dictone Cardamon.

Nasturtium item, Lege, Lacertum.

## N A

Nasturtium Milesium veteribus laudatissimum fuisse, Iulius Pollux autor est.

## N A T

Natam appellant tumorem dolore carentem: nisi forte adeo magnus sit, ut partes membra trahendo, solita continuitate aliquem dolorē circumstantibus inferat. De numero abscessuum, & ad steatomata refrenda. Sunt qui Naptam appellant.

*νεκτίας*, id est, Iris.

Natiuus color. Lege, Albus, & Pullus.

Natrix, genus natantis serpentis.

Natrix, a natando dicta. De qua Lucanus: Et natrix uiolator aquæ, Aelianus.

Natura, est ignis, siue calor artificialis, uia et ratione ad generationem cōcurrens. Vel aliter iuxta Platonis sententiam. Natura est tanq; artificialis quedā facultas. Aliter. Natura est spiritus calidus, qui ex seipso mouetur, & facultatibus seminarijs generat, perficit, & conseruat hominem. Definitur & hoc modo. Natura est facultas ex sua pte quadam ui secum cōueniens, uirtus ex se mota, caussa generationis, & configurationis, ut hominem generet, & genitū conseruet. Vel: Natura est spiritus calidus, qui ex se mouetur, secundum seminarias rationes, generans, perficiens, atq; conseruans corpus in magnitudine, & tempore statuto. Galen, de Definit. Sed libro Temperamentorum tertio sic fere diffinit:

Natura secundum Medicorum sententiā, est uniuersa substantia ac temperies, quæ ex primis elementis conflatur, calido, frigido, humido, & sicco. Secus Philosophi & Aristoteles, 2. Physiologiæ.

Natura item est substantiale principiū, unicū transmutationi subiectum esse natū, aut transmutationis effectuum.

Natura deniq; est, quæ ex primis elementis resultat temperatura. Hippocrates lib. de elementis: & Galen, Aphorismorū lib. 2. Aphor. 34.

Naturales corporis actiones appellant, per quas spiritum trahimus & emittimus, cibū potionemq; absumimur, & cōcoquimur: itemq; per quas eadē lege in omnes membrorum partes digeruntur.

## N A V

Naucum. Lege, Sansa.

*νεκτίας*, nausea, que ut plurimum accidit mare nauigantibus, uel ex cholericā passionē

## N E

faborantibus, a nauibus quoq; & nauigationibus transumpto uocabulo.

*νεύτικα* radix, Acorus: qua uero ratione, nec mihi, nec interpretibus clarum est, nisi quod Vergilius existimat legendum, Nantonica.

Nautilos, pīscis inter præcipua miracula: ab alijs Pompilos. Plin. lib. 9. cap. 30.

*νευτιώδες διαβοτεις*, irritus ad uomitum conatus.

## N A X

Naxius lapis, id est, Cos. Vide Dioscoridē lib. 5. cap. 159.

## N E A

Neades, in Samo quondam bestiæ frequentes admodum, ut inquit ex Euphorio Aelianus, tantæ molis, ut ossa eorum miraculo reseruata sunt: uoce tam impetuosa, ut etiam terram rumpebant.

*νεκτής τυρός*, recens caseus.

## N E B

Nebrion, herba Ceruina, uel Elaphoboscus apud Diosc. lib. 3. ca. 78.

Nebula, est exspiratio quedam rosida, aque nequaquam genitrix, ut aere crassior ipsa, sic nube rarer.

Nebulae oculorum, ut inquit Paulus, cicatrices sunt, in ipsis factæ summa parte.

Nebula, oculi uitium, secundum Auicennā, albuginis species altera.

*νερός*. Lege, Cemas.

## N E C

Necromancia, ex mortuis futura prædictit.

*νεκτάριον*, Enula campana, a dulcedine usurpato nomine.

Necydalus, generis bombycum. Plinius libro. 11. cap. 22.

## N E M

*νεμόμενα τῶν ἔλκων*, ulcera paſcentia.

## N E O

*νεοσοποτία*, prima foetura.

## N E P

Nepam dicunt esse Scorpium, quamvis quidam Cancrum dici existiment. M. Tull. pectusq; nepai. Columella lib. 11. cap. 2.

Nepeta, preter Calamintham etiam species una priuata sic uocata: tantaq; societas est inter Mentham, Mentastrum, & Nepetam, ut mirum nō sit, misceri ab autoribus.

Nepeta, Mentha, seu Hediosmos, apud Diſcor. lib. 3. cap. 39.

Nepotum fructus. Palmites in uitis Ne-

## N E

potes nominantur, translatione facta ab hominib. hominumq; sobole. Alibi quoq; Columella inquit, Nepotes natos discerpemus. Columella lib. 3. cap. 6.

Nepheleon. Lege, Exulcerationum que in oculis oriuntur differen.

Nephelides, maculæ in oculo minus profundæ, & leuiores.

Nephrenesis, barbare pro Nephritide.  
νεφροι, renes.

νεφρητικοι, renum uitio laborantes.

νεφρitis, renum morbus. Est & renum affe-  
ctio, quam Matellæ intercutem nonnulli  
uocant, urinæ profluuiū alij, aut diabeten,  
σιγανία. Verum rara est huius gene-  
ris cęgritudo: sicut parit extra modum: un-  
de dicitur dipsacos, uti autor est Medicinae  
3. Paulus Aegineta.

## N E R

Neriadon, Delphinion, apud Dioscoridem  
lib. 3. cap. 82.

Nereides, pisces squamis, modo hispido cor-  
pore etiam in quo humanam effigiem ha-  
bent. Plin. lib. 9. cap. 5.

Nerion quid sit, uide apud Dio. lib. 4. ca. 55.  
νῆρις, montana nardus.

Nerum, quibus unguentis iniçitur, uide  
apud Theophrast. lib. 9. cap. 7.

Nerius, & tensio, ex cerebro, aut spinæ me-  
dulla oriuntur. Nuncupatur autem ab ope-  
rationibus unum instrumentum duobus  
nominibus, eo quod mutare & tendere na-  
tum est. Substantia uero earum ea est, ac si  
intelligas stipatū & densatum: ideoq; du-  
riuscum faciunt cerebrum. Galenus li-  
bro, 4, de motu muscularum.

Nerui uocales. Vocare Neruos uocales, in-  
quit Galenus, consueui eos, quos ipse in-  
ueni. Nam preceptores mei eos duntaxat,  
qui ad arterias pertinent, cognoscabant,  
atq; ob horū quoq; uitia, uox perire solet:  
quoniā proprij gutturis nerui, quos equi-  
dem recurrentes nominare sum solitus,  
ipsorum essentiæ pars esse censentur. Sed  
cum ad multas alias partes distributi per-  
ueniant, nullam habeo alias magis propri-  
am appellationē ea, qua uocales ipsos no-  
minaui: quippe ad instrumenta, uocē con-  
cinnentia proprie pertinent. Hæc Galen.  
libro primo de locis affectis.

Nerui augmentant fortitudinem, de quo ui-  
de Solinum capite quarto.

## N E

Nerii. Tritatus cratem habuit in pectore,  
ex neruis conflatum, transuersus, ideo for-  
tissimus iudicatus. Solin. cap. 4. Eius filius  
tam robustus fuit, ut inermis, & una tan-  
tū manu hostes aggrederetur, & in castra  
portaret.

Neruorum conuulsiones. Lege, Conuulsi-  
ones neruorum.

Neruorum tres sunt differentiæ. Quidam  
a cerebro & spinali medulla prodeunt, atq;  
proprie Nerti uocantur. Quidam ex mus-  
culis, ut tendones. Quidam ex ossibus, ut  
ligamenta. Nerui qui ex cerebro & menyn-  
gibus membranulis profecti, communes  
quidem sunt, sicciores, & paulo minus cali-  
diiores quam uenæ: & quam arteriæ ma-  
gis sensu prædicti sunt, & nobis motus uo-  
luntarios tribuunt. Nerui autem ex ossib.  
orti, colligunt & continent artuū & mem-  
brorū iuncturas & cōplexus. Gal. in defin.

Nerui optici, id est, uisiui: sic dicti, a functio-  
ne. De quibus uide Galen, lib. de dissectio-  
ne Neruorum. Sunt qui πόγος quoq; uo-  
cant, ut ibidem quoq; Galenus.

Nerius mollis, secundum dissectores uoca-  
tur, ex tertia coiugatione Neroruū descen-  
dens, dispersusq; in tunicam quæ lingua m  
cōprehendit. Gal. de locis affect. li. 4. ca. 3.

Nerius antrosus, uel fistulosus, qui per ue-  
retrum extēditur, & ipsum ad satyrismon-  
arrigit.

Neruosum genus uocamus, inquit Galen,  
in unicam appellationē agentes, tū uincula,  
tum tendones: quippe ex his per carnē  
dispersis, muscularū ostendimus essentiā  
consistere: que ut permanere posset, uenis  
indigebat & arterijs. De locis affect. lib. 2.

Nerui arborum qui sint, require ex Theo-  
phrasto lib. 1. Plantarum, cap. 4.

## N E S

νηστις, ieiuenum intestinum: quoniam impli-  
citum, nunquam quod recipit retinet, sed  
quod accēperit, ad inferiora transmittit.

Nesotrophium, nomine græcanico dicitur  
locus, in quo anates aluntur. Græci enim  
νέστεια uocant anatē, & τροφή alimen-  
tum. Scribit Plutarchus, Catonē Censori-  
um aluisse domesticos cęgrotos, carnib. ne-  
sarum & phassarū, expone, anatum & pa-  
lumborū. Græce φάστα dicitur palumbus.

Nesyris, Sphondylion herba, apud Diosc.  
libro tertio, capite, 88.

## N I

## N E T

**N**et, Arabice & Barbare, compositio Zape  
tij, quæ constabat olim ex animalis musco,  
agolacho, & orientalis succino. Vide, Za-  
petion.

**N**etrindes oliuæ, a natando sic appellatae  
apud Iulium Pollucem. Idem autor & Co-  
tinadas appellat, quas et Phaulias et Tram-  
bos dici tradit.

## N E V

*νευροχονδράλη σύνδεσμοι*, Galenus uocat  
chartilagineum ligamentum. Est autem id  
durum, chartilaginosumq; ligamentum.  
Galen, de Temperam, lib. 2.

**N**euroides, Limonion, apud Dioscoridem  
libro. 4. cap. 19.

*νεῦροι*, neruus.

**N**euras, Poterion, apud Dioscoridem lib.  
3. capite. 16.

**N**euras, Paronychia, frutex, apud Dioscor.  
lib. 4. cap. 57.

## N I C

**N**icander, Colophonius Grammaticus, &  
Medicus. Tempore Attali iuuenis illius  
uixit, qui Gallogræcos uicit. Scripsit de  
Theriacis contra uenena. Item de agricul-  
tura. Item curationum collationes. Et pro-  
gnostica Hippocratis uersibus edidit, alia-  
que complura. Suidas.

**N**iceratus, scripsit de Epilepsia, ut inquit  
Aurel. celebris olim sui seculi Medicus.

**N**icias Pyrrhi regis Epirotarum Medicus.  
Hic olim ad Fabricium ueniens, promisit,  
si uellet, Pyrrhum ueneno se ei sublaturū.  
At ille auersatus facinus horrendum, Pyr-  
rho significauit, ut ab Nicia post hac caue-  
ret. Curtius.

**N**icomachi, autore Suida, sex fuerunt. Ex  
his Nicomachus Sragirites Machaonis fi-  
lius, Aesculapij nepos, qui scripsit de Me-  
dicina libros sex, & Philosophiæ unū. Re-  
liquos duos, patrem, & filium Aristotelis  
ponit, ambos Medicos: quorum filius scri-  
psit Commentarios in Physicam patris, et  
octo Ethicorū libros ad Eudemium, qui  
& hodie Aristotelis nomine celebrantur.

## N I D

**N**idor, odor rerum assarum.

## N E I AE

*νειαίειψ*, Homerius uocat uentrem inferior-  
em, id est, Colon: iacet autem dextra potissi-  
mum parte ad hypocondrium.

## N O

## N I G

**N**iger color. Lege, Ater.  
Nigra uena, id est, Mediana.

## N I L

**N**il ocularium, quod in officinis pro colly-  
rio seruatur, Pompholix apud Dioscor.  
Nileus Medicus, citatur ab Galeno, & Ae-  
cio serm. s. cap. 1.

## N I P

*νιφετός*. Lege, Nux.

## N I T

**N**itrum quale potissimum præfertur, uide  
apud Dioscor. lib. 5. cap. 121.

**N**itrum dulce, Gyps.

**N**itrum adhibeat, qui uult Brassicam uiri-  
dem efficere in coctura: cuius natura non  
multum distat a sale. Hinc exiit illud Epi-  
grammatistæ:

**N**e tibi pallentes moueant fastidia caules,  
Nitratæ uiridæ brassica fiat aqua.

Plinius in coquenda brassica, nitri uiridi-  
tatem custodit. Apicius quoque inquit,  
Vt omne olus smaragdinum fiat, cum ni-  
tro coquatur. Olus autem smaragdinum  
pro uirenti positum est, a uirore smaragdi,  
qua gemma nihil est uiridius. Columella  
lib. 11. cap. 3.

**N**ix dignitur densitate nubium friatili, quæ  
simul in aquam uerti ceptæ, in minuta con-  
tunduntur: atq; illa contusio speciem præ-  
fert spumæ, exactumq; candorem: humo-  
ris autem concretio, quiq; nondum fusus  
est, nec rarefactus, rigorem efficit. Hec im-  
petu & confertim decidens, *νιφετός* ap-  
pellatur.

## N O L

**N**oli me tangere, idem morbus, qui Barba-  
re Formix, de quo lege in dict. Formix.

## N O M

**N**omæ, dicuntur hulcera, quæ depascunt,  
uorantq; corpus.

Nome, depastio.

## N O T

Nothroteta. Lege, Veterosi.

*νόθροτης*, uenti meridiei.

**N**otion, Semperiuum, apud Dioscoridem  
lib. 4. cap. 91.

*νωθρότης*, torpor & hebetudo mentis.

**N**otizæos, id est, dorsago, medulla dorsi. Re-  
liqua quæ in uertebris continentur, spon-  
dilionis occupant nomen, ut inquit Iulus  
Pollux.

## N O

### N O V

Nouaria, Astragalus, apud Dioscoridem libro. quarto, capite. 65.

### N O X

Noxam, pro priuatione accipit Gale, lib. de differentijs Sympto.

### N V B

Nubes, est crassamentum exhalatione convolutum, uim habens aquā gignendi. Aristotel, libro de cœlo et mundo.

Nubilarium, rusticum ædificium est: a nubilo aere dictum, sub quod totā messem fundi, et semitrita frumenta cōferre rustici consueuerunt, si repentinus imber per triturā interuenerit. Id autem nubilarium iuxta aream est faciendum. Dicitur & Nubilar. Columella libro primo, cap. 6.

### N V C

Nucleus, non in nuce tantum dicitur, sed et in testa, & in ferro, & quod in quacunque probiore materia intus resistit.

Nuces heracleoticae, id est, pontice, uel auelanæ, sic enim Theophrastus uocat.

Nuces Pineæ, græce στρίβελοι. Quaterna earum genera: Durum, quod & uulgare, Tenerū, et putamine digitis fragile, ideoq; auibus expositum, Tarentinam olīm uocarunt. Tertium epicea sativa nucleorū cute mollissimum, adeo, ut simul mandantur, quod autore Plinio Sepium uocatur.

Nux Euboica, i. Castanea. Lege, Castanea. Nux Castanaica. Lege, Castanea.

Nux. Dubitatum est in iure apud Ceselitū, an nux pinea pomum esset: quia Nuces esent, quicquid foris duro tegitur: Malum quicquid id, quod esui est foris habet: Pomoutruncq; contineretur, quod fere probavimus. Seruio nuces sunt omnia corio du riore tecta, molliore uero poma.

Nuces amaræ, id est, Amygdalæ amaræ.

Nuces Galbae, siue Caluze.

Nuces prænestinæ, ab Catone probatae.

Nuces Rhasiæ, & Albenses.

Nucum Tarentinarum duo genera, fragili putamine, & duro: quæ sunt amplissime, & minime rotundæ, quas a frangendi morta Moracias & Moracillas sunt qui uocēt. Præterea Moluscæ, putamen rumpentes. Macrobius, qui persicū uulgo dictā Moluscam nucem esse putat, aperte hallucinatus est, de quo uide Barbari corolla, in nuces Iuglandes.

## N V

Nux Heracleotia, id est, nux auellana.

Nux Praenestina, id est, nux auellana.

Nux Abellina, id est, nux auellana.

Nux Vnguentaria, id est, Moschata.

Nux Indica, fructus, ut Mauri putant, palmæ cuiusdam Indicæ, pre magnus atq; pīguis, cuius oleū butyro quoq; præferunt bonitate.

Nuces Heraclianæ. Vide, Heracleotice nu-

Nux Myristica, nux muscata. Lege, μυρις.

Nux Auellana, græce, νάργυρη πόντικη.

### N V M

Numellæ, quarum mentio fit a Plauto, sunt uincula quibus quadrupedes in pascuis diligantur: unde & nomen impositum est. si quidem græca uox νομαι, dicuntur pascua. Vnde & Apollo Nomius creditur esse cognominatus. Columella lib. 7. cap. 8.

Numerus, ut Herophilus ait, est motus qui in tempore ordinem habet constitutū. Zeno Herophili imitator, sic. Numerus est series et ordo eorum pulsuum, in quibus distenditur arteria ad eos in quib. comprimitur. Aliter sic. Numerus est proportio temporis in partes, quæ ad ipsos pulsus pertinent, eandem habitudinem seruans. Alter sic. Numerus est habitudo eorum pulsuum, in quibus distenduntur arteriae ad eos in quibus contrahuntur. Gal in definit. Numidicam dicunt. Dissentit a Varrone, scribente Gallinas Africanas a Græcis appellari Meleagrides: tanq; res una sit, nomina tria, ut Africanæ, Numidiæ, Meleagrides pro uno eademq; auitio babeantur. Sunt autē gallinæ gibbosæ, uarijs plumis sparsæ: quæ ob id a Martiale dicuntur gutteæ, numidicæ, & ab Horatio Afra uis. Papinius in syluula. Quas unde Numidæ legunt sub austro. Columel, lib. 8. cap. 2.

Numenius, Medicus.

Numisiani sic meminit Gal. de Anatom. libro. 1. Cum fuisset Cotinthi, ut operam darē Numisiano, qui & ipse celeberrimus Quinti auditor extitit, & cætera.

Numius, Medicus citatur ab Aetio, sermone. 13. capite. 20.

### N V T

Nutricatio est, quæ cōprehensionē & latitudinem habēs, appositio corporib. efficitur.

### N Y C

Nycteritis, Anagallis, Magice.

Nyctilops. Lege, Exulcerationis ocul.

## O B

Nycteris herba, alias uniuētum Helenes uocatur ab Aecio, sermone. 12. cap. 5.

Nycteritis, magicum uocabulum herbæ lacerte. De qua quid sentiant scriptores, in dictione Lacerta differuimus.

## N Y M

Nympha, uel *μύγτη*, uel Epideris, uel *κλαστογίστης*, quæ interiacet subsultans caruncula in medio rīmæ muliebris pudendi, paullulum prominens, subrubicunda.

*νύμφη*, in uuluo prominens caruncula, quibusdam adeo excrescit, arrigiturq; non alter quam uiris penis, unde & uiri ad coitū incitantur. Modum eius resecandi, uide apud Paulum libro. 6. capite. 70.

Nymphæa palustris, describitur a Dioscor. libro. 3. capit. 149.

Nymphæa, Dryopteris apud Dioscoridem libro. 4. capite. 199.

Nymphæa, Thelipteris, uel Filix fœmina apud Dioscoridem lib. 4. cap. 197.

Nymphodotus, Medicus citatur ab Aecio sermo. 9. capite. 49.

Nymphon, Nymphæa altera, apud Dioscoridem libro. 3. cap. 150.

## O B A

**O**bambulantes febres. i. periadie. Obeliae, panes Dionysio sacrificati: sic dicti, quia uerriculis quibusdā cōstipabantur, quos obeliscos uocabāt: aut quia obolo uendebantur.

Obesi quomodo curādi, uide. 14. Method. Galenus.

*θερμασία*, caloris refrigeratiua.

Oblamenia, Vitis nigra apud Dioscoridem libro. 4. cap. 195.

Obligare, uulnus est alligare, fascijsq; uinci ri. Libro. 11. cap. 2.

Obliquus pulsus. Lege, Pulsuū different.

Oblisa uox, id est, apocope uocis, quasi intercessionem & interruptionem dixeris.

Obolus. Vide, Vncia.

Obscuræ caussæ. Lege, Caussarum alia pro catarctica.

Obsidia, obsidionē et insidias, Col. li. 9. ca. 7.

Obsoletior, squalidior, decoloratiorq;. Columella lib. 2. cap. 11.

Obsonium myrtatum, ex baccis myrti, quo olim uice piperis utebantur.

Obsopei, id est, boni coqui.

Obstetrics dicuntur, quæ præsto sunt fœminæ parturienti. Dicte ex eo, q; opem fe-

## O C

rant: uel, ut interpretatur diuus Ambrosius, q; obstant, ne foetus recens editus, in terram diffluat. Plinius, & Aristoteles frequenter testimonia citant obstetricū, tanquam in rebus talibus peritissimārū, namq; diutino usu, qui magister optimus, exercitatissimè, non parū multa melius nouere q; medici. Columella lib. 7. cap. 3.

Obstipum, uocabulo antiquo dicunt obliquum. Solēt hypocritæ tristes, & umbrati philosophi, incedere ceruice obstipa, & capite obliquato. Hinc exiit illud Persicum. Obstipo capite, & figentes lumine terram. Horatius. Stes capite obstipo, multum similis metuenti. Scribit Sueton. Tibériū fuisse ceruice rigida & obstipa. Plinius noster memorans signa egrotantis sui illi pecoris, qnod a Columella dicitur obstipum, dixit obliquum, sic enim inquit. Index suis inualidę: caudæ in radice setæ dorso euulsæ, caput obliquum in incessu. Columella libro septimo, cap. 10.

## O C A

Oca, Anser.

## O C C

Occare, est glebas comminuere, & quasi occidere: unde & nomen. Quidam ab occando, occasionis uocabulum dictum esse autumāt. Hinc Occator, nominatur is operarius, qui facit occasionem. Locus Plautinus hinc innotuit. Occatorē dicere debet prius. Nam semper occant prius, q; sariunt rustici. Colum. lib. 2. cap. 8.

Occultæ fistulæ. Lege, Fistularum differen. Occultus abscessus, est interiorum corporum, aut intestinorum mutatio in purulentam materiam facta.

## O C H

*᷄χεῖ*, Aegyptiace Atriplex.

Ochi, arbores similes ficis, ex quibus defluit mel horis matutinis duabus. Plinius libro duodecimo, cap. 8.

*᷄χδόδη*, hulcus oras prætumidas habens.

Ochia nativa, siue sil. Teuton. alias Berggeel, Ochergeel.

Ochia factitia, Bleygeel.

Ochra quid sit, uide apud Dioscoridem libro quinto, capite. 99.

Ocharon, Theod. Gaza modo Eruiliam, modo Eruiale, aliquando Cicerum folio ut Cicerculæ oblongo dicit, uermiculis obnoxio.